



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. I. Quis sit Minister Baptismi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti,
vel, Baptizo te in nomine Patris, baptizo te in no-
mine Filii, &c. Ratio, quia non exprimitur unitas
essentiae. 2. Baptizo te in nomine genitoris, geni-
ti, & spirati; vel in nomine omnipotentis, sapien-
tis, & boni; vel in nomine ingeniti, geniti, & doni.
Ratio, quia trinitas personarum non explicatur
vocabus, quibus à fidelibus omnibus debet, & po-
test apprehendi. 3. Baptizo te in nomine Patris &
Filii, & Spiritus Sancti, & Mariæ Virginis: quia du-
biū est de intentione Ministri; qui si eo sensu
voluit dicere Mariæ, quo Patris, Filii, & Spiritus
Sancti, non valet, cum sit contra sensum essentia-
lem à Christo intentum: si verò tantum voluit il-
lam invocare, ut coadjutricem gratiæ impetrans-
de, vel aliter, valet; cum tantum sit mutatio ac-
cidentalis, *Fill. t. 2. cap. 3. num. 50. v. etiam Laym.* &
Bon. ll. cc.

DUBIUM III.

De Ministro Baptismi?

ARTICULUS I.

Quid sit Minister Baptismi?

Resp. Validè ministrat omnis homo ratione u-
tens, cuiuscunq; fidei vel infidelitatis, status, aut
sexus. Licitè, tanquam minister ordinarius, & ex
officio, Sacerdos habens jurisdictionē, aut com-
missionem, vel ex ejus commissione, Diaconus:
In casu tamen extremæ necessitatis, omnis qui po-

Aa test

test validè, etiam facit licitè, teneturque, ut primo succurrat. Laym. l. 5. t. 2. cap. 7. Unde reflo-

I. Non tantum Diaconus, sed nec Parochus aut Episcopus, absque commissione, extra suam Diœcesia, vel Parochiam, (vel intra eamam nos) licitè baptizat: ideoque etiam peccamparentes, qui sine licentia sui Prælati, alieno detinunt problem baptizandam, cum violent jus Parochi. Laym. l. c.

II. Diaconus non tantum in extrema necessitate, sed etiam in alia notabili, baptizare potest. si quidem cum solemnitate, ex commissione Episcopi, vel Parochi; ut si v.g. ob multitudinem baptizandorum, aliudve grave impedimentum, ipsi facere non possint, Laym. l. c.

III. Cum in necessitate confertur Baptismus servandus est ordó, ita ut si adsit, & non detrectet Sacerdos vel Diaconus, is reliquos præcedat. Si etiam Clericus laicum, vir mulierem, fidelis infidelem: nisi fortè inferior melius noverit modum ut solent obstetrics, (quæ proinde examinari approbari debent à Pastoribus) vel alia justa causa sit, ut quia virum ad parentem ingredi non debet. Quod si laicus baptizet præsente Sacerdotem, & secundum quosdam, etiam præsente Diacono, censem esse mortale: quia id laico tantum competit, ob defectum Sacerdotis, qui sine injuria Ordinis & Sacramenti, talem licentiam dare non potest. In reliquis, perversio illius ordinis est tantum veniale, præterquam, si coram fidelī hæreticus adhiberetur, quod volunt esse mortale. Laym. l. c. n. 4. Cōn.

AR.